



DIONYSII PETAVII

ESOCIETATE JESU,

DE

DOCTRINA TEMPORUM

LIBER SEPTIMUS;

IN QUO RERUM AD CHRONOLOGICAM
doctrinam necessariorum Isagoge traditur.

CAPUT I

De Tempore universè, deque primis ac simplicioribus ejus partibus, horis, ac diebus.

QUM sit Operis hujus argumentum in tradenda, ac disputanda temporum ratione positum: qui ad ejus disciplinam institui se, compararique velit, huic profectò maximè omnium, id quod querit, tempus debet esse perfectum. Est autem nihil aliud tempus, quam, ut definit Aristoteles, ἀεὶ κινητὸς κινήσεως ἢ πᾶσι κινήσεως, ἢ πᾶσι χρόνος: numerus motus secundum prius, & posterius: sive mensura, qua priores motus partes, posterioresque metiendo, ac numerando percurrimus. Primus omnium, ac simplicissimus motus est, supremi orbis diurna conversio, quæ reliquos omnes rapiditate sua contorquet. Hujus mensura primarium tempus appellatur. Sunt enim & alia secunda tempora, secundorum motuum; & ut de celestibus modò solis agatur, totidem quot orbium, Planetarumque cursus, qui quidem propria utique mensura continentur. Verùm duo sunt ex omnibus errantia sidera, quorum ad hanc disciplinam motuum intervalla sola propemodum, vel præ ceteris adhibentur, Sol videlicet, ac Luna. Horum propriae conversiones & secum, & cum illius supremi orbis motu temperatæ, atque consertæ, hac in omni Temporum scientia dominantur.

Quamobrem triplicis illius motus spatia Chronologiae studioso accuratè peritèndis pervidenda sunt: aut ne ipsum quidem Chronologi nomen usurpandum. Et cum hoc septimo Libro propositum sit, Chronologiae tyronem à primis velut nobilissimæ artis incunabulis paulatim ad summa provehere, de istis temporum elementis, ac principii prima debet esse disputatio. A die igitur, quæ mensura ferè est primi motus, initium sumamus.

Diem Astronomi dividunt in naturalem, & artificialem. Naturalis est, Solis ab uno puncto ad idem punctum fixum conversio: velut à meridiano circulo, vel Finitore ad eòdem reditus. Motus iste non simplex,

sed compositus est. Constat enim orbis supremi integra circumvolutione, & tanto præterea intervallo, quantum proprio motu Sol emittit ab Occidente in Orientem sese promovens, contra atque primus ille orbis, qui ab ortu in occasum cietur. Neque enim spatium illud horarum xxiv, quem diem appellamus, agitatio sola primi mobilis efficit. Sed accedit portio illa signiferi, quam eodem tempore Sol, dum in Occidentem aliena impressione rapitur, peculiari motu peragrat, regrediens in Orientem. Quæ pars motus, ac signiferi diurna non æqualis est sibi ipsa semper, sed major in dies aut minor: propter & signiferi ipsius obliquitatem & Solis δυνάμει περιστροφῆς quarum illa æquinoctialis partes modò majores, modò minores signiferi arcibus adscribit, quas ascensionis nominant. Altera Solis cursum incitat, aut retardat. Verùm tota hæc varietas, in æquabilitateque dierum ab Astronomis ad æqualitatem ratione certa redigitur. Nam partes illas diurnas, quas ad integram æquinoctialis circuli revolutionem proprio motu Sol adjicit, in unam summam conferunt. Is est autem proculdubio totus ipse æquinoctialis circulus, quem annuo motu Sol percurrit. Hunc, inquam, circulum, ejusque trecentos gradus ex æquo partiantur in tot dies, quot in anno numerantur. Ita fit, ut singulis diebus Sol proprio cursu scrupula conficiat 59', 8". Indèque Naturales illi dies, sive æquales oriuntur, ad quos siderum periti ratiocinia sua dirigitur.

Artificiosus dies, est Solis supra Finitorem commotio. cui nox ex adverso respondens, Solis itidem infra Finitorem circulum motà circumscribitur. Utriusque sunt alternis intervalla majora, atque minora ceteris in orbis terrarum plagis, præterquam in ea, quæ æquinoctiali subest. quam constantem varietatem Sol annuis accessibus, ac recessibus facit. At non Astrologi tantum, sed populi tam olim, quam hodiè omnes ferè civiles dies ad Naturalis modum exactos, horis quatuor & viginti definiunt. Sed nec horarum spatia eadem omnibus, neque dierum initia fuerunt. Quatuor itaque cardines sunt, à quibus Astrologi, & civitates dies suos auspiciantur. Nam aut ab ortu Solis ad exitum dies statuitur; ut Babylonii solebant aut à meridie ad meridiem; ut in Umbria perique olim. aut ab occasu Solis ad occasum; ut Athenienses, ac

Diem
vra ista
ta.

ac * Judæi. aut à media nocte ad mediam; quod Romanis usitatum fuit. Hæc capite tertio, ac vicesimo Censorinus post Plinium lib. 11. cap. lxxvii. Ex iis quatuor initiis secundum, vel quartum Astrologi sibi implerunt, quod ambo à meridiano circulo proficiscantur: qui cum fixus immutabilisque sit, certum diei principium designat. quæ autem ab occasu, vel ortu repetuntur, perinde uti cardines ipsos, identidem mutari necesse est. A meridie itaque diem illum, cui tribuitur, antecedente, Alphonfi regis abacus exorditur: utputa primum Januarii diem ab ea meridie, quæ in prid. Kal. Romano usu venit. à sequente verò meridie, Tycho Brahe Astrologus. velut Januarii primum diem à meridie, quæ in Kalendas ipsas incurrit. Copernicus Romanorum consuetudine à media nocte ad mediam. Hipparchus tamen, & ex eo Ptolemæus, in defectu, aliorumque descriptione, civilis ad initium diei, hoc est ad ortum ipsum Solis respectum habuerunt. Docent hoc cum alia multa, quæ passim à Ptolemæo referuntur, exempla: tum imprimis æquinoctiales *μήνας* ex Hipparcho descripte lib. 111. Quarum autumnalis quarta committitur æquinoctium epagomenon 111, sequente IV, media nocte. Contigit Septemb. xxvii, ineunte feria 1, ut lib. IV. docuimus. Neomenia Thoth contigit Septembris xxix. anni Juliani antecedentis. unde IV. dies epagomenon incidit in Sept. xxvii. Media itaque nocte putari debuit epagomenon quartus dies, si quidem à media nocte dierum initia caperentur. Sic in observatione secunda vernali æquinoctium deprehensum dicitur Mechir xxix, sequente xxx, post mediam noctem. T. mpus est Martii xxiv, anno Per. Jul. 4579, quo Mechir xxx. dies incurrit in Martii xxiv. Et tamen non nisi xxix. numeratur post noctem mediam. Quæ cum ita sint, quid est quod Plinius lib. 11, cap. lxxvii, Ægyptios & Hipparchum ait diem observasse à media nocte in mediam? An aliud initium Hipparchus aliquando tenuit, quam quod in suis ipse observationibus adhibuit? Sic esse profectò fatendum est, si verum dicit Plinius. ac fortasse Babylonios in designandis observationibus imitatus Hipparchus ab ortu ad ortum diurnum spatium extendit. quod & Ptolemæus usurpavit.

Nos in epilogifinis nostris Coperniceum initium sequi Diem aut maluimus, quod cum Romano civili die consentiat, quodque ferè indidem inchoentur. Quocirca diem ita definire possumus, ut sit circuitus Solis à media nocte ad mediam noctem. cujusmodi dies Ecclesiæ more in plerisque sacrorum ritibus assumitur. Totum hoc spatium in horas quatuor & viginti distribuitur. Eæ vel æquales sunt, vel inæquales. Itæ *καιροί*, temporaria; æquinoctiales illæ nominantur. Æquinoctiales ideo dicuntur, quod totum æquinoctialis ambitum in xxiv. partes æquales dividunt. quo fit ut horis singulis *μῦραι*, sive gradus xv. competant, qui in xxiv. diei gradus conficiunt cccix. Nam accessio illa diurna, quam ex proprio motu Solis adjungendam esse diximus, propter exiguitatem, sensum & calculos effugit. Inæquales horæ duodecim luci, sive diei; nocti totidem imputantur. Etenim utrumque spatium in xlii. æquales partes tribuitur: ex quo necesse est altivas horas lucis, maximas; noctis, minimas fieri. è contrario perbreves hieme lucis horas; noctis longissimas. Talia horarum intervalla Romani veteres observarunt, ut ex Palladio, Censorino, aliisque colligitur. Chronologi priori dierum genere contenti, posterius hoc negligunt.

Dictum est de die & hora, quantum ad methodum nostram satis est; nunc eam ipsam methodum aggrediamur. Astronomi diem bifariam partuntur. Aut enim in sexaginta partes æquales dividunt, quæ scrupula prima dierum nominant; quarum singulas in totidem scrupula secunda; hæc in tertia; rursus hæc in quarta; & sic in infinitum usque sexagenario semper numero distribuant. qua divisione Ptolemæus utitur. Aut diem, uti diximus, in horas xxiv; horas in sexaginta horaria scrupula, sive minuta; hæc in totidem secunda; rursus hæc in tertia; & reliqua ad eundem modum sexagenaria divisione tribuunt. Hæc posterior ratio & frequentior est, & à nobis, propter majorem commoditatem, assumitur. Sed quo latius doctrinæ nostre utilitas diffundat, geminam hic Tabellam dabimus; cujus opera scrupula primum diurna in horaria commutare possis, tum horaria vicissim in diurna.

Tabula convertendi Horas, carumque scrupula in sexagena diurna.

Horæ scrupula.	Diurna scrup. 1.	Scrupula 2.	Scrupula 3.	Horæ.	Scrup. diurna 1.	Scrup. diurna 2.
1	0	2	30	1	2	30
2	0	5	0	2	5	0
3	0	7	30	3	7	30
4	0	10	0	4	10	0
5	0	12	30	5	12	30
6	0	15	0	6	15	0
7	0	17	30	7	17	30
8	0	20	0	8	20	0
9	0	22	30	9	22	30
10	0	25	0	10	25	0
20	0	50	0	20	50	0
30	1	15	0			
40	1	40	0			
50	2	5	0			
60	2	30	0			

Tabula conversionis scrupula in horas.

Scrup. diurna 1.	Horæ.	Horaria scrupula.
1	0	24
2	0	48
3	1	12
4	1	36
5	2	0
6	2	24
7	2	48
8	3	12
9	3	36
10	4	0
20	8	0
30	12	0
40	16	0
50	20	0
60	24	0

Ufus Tabulæ utriusque sic instituendus est. Si quis horaria scrupula prima conferre cum diurnis velit, quærat in Tabulæ 1. versu primo propositum horariorum scrupulorum numerum: ac si quidem ultra decem excurrat; denario primum numero respondentia ex adverso diurna scrupula requirat, tum reliquum numerum inferiorem denario in superiori versu parte. Constatum ex utroque summam quæsitam exhibebit. Volo scire quot diurnis scrupulis 45', horaria scrupula respondeant. Quoniam numerus iste ex denariis est, primum ad 40' hor. scrupula, adscripta sunt diurna scrupula 1', 40'', restant 5, quibus respondent scrupula diurna, 12'', 30''. Igitur 45' scrup. horaria exigunt scrupula diurna 1', 52'', 30''.

Si horaria scrupula secunda proponantur, eadem methodus erit; sed scrupula diurna prima pro secundis; secunda pro tertiis; tertia pro quartis habenda sunt. Ita si scrupula tertia unius horæ quærantur; scrupula prima diurna pro tertiis; secunda pro quartis habeantur. Non alia methodus est in prioribus Tabulæ posteriori parte, quæ horis diurna scrupula respondentia ex adverso collocat. Postremò si ex Tabulæ secunda diurna scrupula in horas, vel horarum scrupula libere convertere; eadem omnino methodus est, atque in priori. Ac si pro scrupulis diurnis primis, secunda postulentur, ex horis scrupula prima horaria; è scrupulis primis, secunda, & sic deinceps facito.

CAPUT

* Quos Chrysissemus reprehendit Homilia V. in Hexæmer. ubi ait Scripturam. ut illos convinceret, dixisse & factum est vespere *Chrysissemus* dies unus, ne in vespere terminari diem putarent. *Isidorus* Lib. de mundo Cap. I. ait Ægyptios ab initio noctis diem inchoare. Sic & *Anastasius* Sinaita Lib. 1. Anag. Contempl. in Hexæmer. ubi &

de Atheniensibus, dicens illos ab ortu ad occasum numerare. *Phil.* Lib. 2. de Opificio mundi c. 19. refert Theodororum adferentem Judæos à nocte diem auspiciari. Sed perperam. Hæc *Plinius* addebat in ora codicis sui.

epocha ante annum aliquem, cujus cyclus cognitus est, utputa ante quempiam annum Christi, summam annorum ab epocha illa divide per xxviii. si residuum conveniat cum cyclo, quem scis anno ultimo congruere: primus annus epochæ inicit à cyclo i. Sin major, minorve numerus superfit, adde tot annos ad summam, quot ad complendum cyclum anni ultimi desiderantur: tum conflata summam per xxviii. partire. Quot annos addidisti, unitate amplius, tot anni cycli solaris epochæ congruebant. Exempli causâ: Hoc anno cyclus est Solis ix: scire velim quoto cyclo primus Christi annus incepit. Summam 1624. divido per 28. nihil è divisione superest. Adde itaque 9, ut divisione facta restent 9. Igitur annus primus Christi novem elapsis cycli solaris annis, adeoque decimo cepit. Rursus inveniendus fit Solis cyclus anno primo Olympiaco. Is est septingentesimus septuagesimus sextus ante aram Dionysianam. Ad annum Christi currentem 1624. adde 776, sunt 2400, quos divide per 28, restant 20. Atqui cyclus est hoc anno 9. Adde itaque 17. annos, ut supra cyclos integros residui sint novem: quot restabant, si 2417. per 28. partiaris. Proinde primus annus Olympicus, vel Iphiti, cepit cyclo Solis xviii. Hæc regula omnibus in cyclis locum habet. Investigato cyclo, ejusque Dominicali littera, facile singulorum dierum ferias edifies. Nam cum ad singulos totius anni dies sua fit adnotata littera, quata est quælibet ab ea, quæ Dominicalis est, ea feria censetur.

CAPUT IV.

De cyclo Luna, & Enneadecæteride.

QUEMADMODUM Solis circuitus annuo spatio; ita Luna cursus menstruo intervallo circumscribitur. Sed is mensis est duplex. Nam orbem suum Luna percurrit diebus xxvii, horis vii, scrup. 43, 7. qui mensis periodicus vocatur. Verum quoniam interitum à Sole digressa Luna ad eundem revertitur, Sol proprio motu gradus aliquot emensus est, biduum ferè ad Solem assequendum requiritur. Hic mensis *æuodidæ* nominatur, qui à mediâ luminarium conjunctione, ad alteram conjunctionem putatus, diebus constat xxix, horis xii, 44, 3, &c. Hæc ipsa mensura lunaris motus est *phæd*. Postea quò propius ad Solem circuitum, id est annum, motus ille lunaris accederet, intervallum illud duodecies multiplicatum est, ut ex eo confurgeret dies cccxv, horæ viii, 48, 38. circiter. Ita lunaris annus exortus est, quæ est mensura *phæd*, non *phæd*. Nam ex humano arbitrio, non ex fideris naturali revolutione pendet. Rursus tam mensis isti, quam anni dupliciter considerantur. Nam alii sunt Astronomici, sive naturales Luna anni mensisque, quales illi sunt, quos definiimus: alii civiles, & ad populi captum accommodati; in quibus scrupulares ratiuncule negliguntur. Hoc pacto mensis lunares diebus xxix, horis xii, descripti sic administrantur, uti alternis xxx. dierum, & xxix. statuuntur. unde lunaris annus civilis cccxv. dies præcisè continet.

Quoniam autem ultra dies solidos annis singulis horæ octo, cum scrupulis aliquot excurrunt, ex iis dies integri conflati extra ordinem quibusdam annis inculcantur; qui *æuodidæ* vocantur. Ad eum modum lunares anni simplices, neque solaribus implicati per sese consistunt; cujusmodi sunt Arabici; qui per Julianum annum nullo fræno coërcitum licentiùs cygantur. Reliqui omnes populi, maximèque Romani lunares annos cum solaribus nexos, & conjunctos adhibuerunt. Ac veterum quidem Astrologorum, in eo perditu laboravit industria, ut intervallum aliquod annorum staterent, quo Solis Lunaque cursus ad idem caput, unde deducti fuerant, quàm-brevissimè, accuratissimèque redirent. Cùmque varios ad id annorum orbis, quos cyclos nominant, periclitati fuissent, tandem usu ipso perdocti sunt, nullum esse vel brevius, vel ad id, quod quærebant, utilius annorum spatium, quàm novemdecim: quibus evolutis optata illa fideris utriusque concordia quam-exactissimè representatur. Hujus Enneadecæteridis auctor Græcis popularibus suis Meton; cultores & conformatores quam-plurimi fuerunt, de quibus in superioribus libris uberrimè est actum.

Christiani denique, & inter eos Alexandrini primam, postea Romani idem illud annorum systema ad Paschalem celebritatem, & sacra sua transtulerunt. Hic est Luna cyclus decemnovennalis variis modis interpolatus, ac tractatus, cujus in superioribus maxime duobus libris, quatenus Ecclesiasticos ad usus applicatur, rationem exposui. Hujus summam tyronum in gratiam hic breviter attingam. Annus Solis Julianus dies colligit cccxv, horas vi. Hi per novemdecim ducti conficiunt dies 6939, horas 18. Totidem dies Luna circuitus sive mensis exhaurit cccxxv. Menses quidem Luna civiles, & alternis pleni cavique totidem, dies efficiunt 6932, horas 12. His accedunt horæ annuæ, scrupulæque: ut in totum lunaris cyclus dies expleat 6939, horas 16, 32, 27, 18, desinitque ad Julianos annos novemdecim assequendos hor. 1, 27, 32, 41. Sed ambarum Enneadecæteridon discrimen illud propter exiguitatem, quâ dissimulatum, ac neglectum; quâ deinde penitus ignoratum fuit. Itaque Paschalis methodi conditores omnes jam tum à Dionysii, Dionysii, Bedaque temporibus, ab ipso propè Nicæno Concilio, minimè debitaerunt, quin annis Julianis novemdecim totidem lunares ad plenum congruerent; & ad idem loci temporis punctum, in quod cum Sole convenerat, xix. annis vertentibus, Luna reverteretur. Hunc illi cyclum in Kalendaris suis hac ratione descriperunt. Initio à quocumque anno factò, uti, verbi gratiâ, ab anno Christi cccxxxv, in quem primus Diocletiani cecidit, observarunt quosiam in Januarii, Februarii, Martii, ac ceterorum mensium dies Neomenia quadraret. Quibus diebus contingeret, ad eos unitatem adscriperunt; utputa Jan. xxiii, Februarii xxi, Martii xxiii, & ita in reliquis. Anno sequente Neomenias animadverterunt in xii. Januarii, x. Februarii, xii. Martii transitum fecisse. Ad eos dies numerum ii. adnotarunt. Idem & annis insequentibus fecerunt. Unde totis xix. annis, numeri xix. variis per omnes menses diebus adjuncti sunt, quibus evolutis, Luna idem ad principium rediit, anno Christi cccxv; ac deinceps in eisdem dies Neomenia concurrerunt. Propterea novemdecim numeri, ex illorum opinione, perpetuò, & constanter lunares Neomenias indicabant. Quem numerum Computista aureum appellarunt. Hujus inveniendi methodus eadem, quæ in Solari cyclo. Principium cycli nullum est *phæd*. Licet enim undecumque volis annorum orbem inchoare. *phæd* verò, & ex arbitrio Christianorum, primus annus cycli lunaris in anno illo defixus est, qui proximè Christianam aram antecessit, & est Julianus xiv. Hoc anno, qui est Christi cccxxxv, cyclus est Luna x. Divide annos Christi per xix, restabant ix. Unus igitur perpetua methodo ad Christi annos addendus est. unde primus Christi annus cepit Luna cyclo ii. Quocirca si propositam summam annorum Christi unitate auctam per xix. dividas, residuum dabit currentem Luna cyclum.

Ceterum quemadmodum annus certus inchoando lunari cyclo à Christianis delectus est; à quo deinde aucti numeri omnes suis annis additi sunt: ita mensis æquè Julianus aliquis constitutus fuit, in quem prima Luna syzygia, sive primus lunaris anni mensis incidere; & à quo numeri auri proficerentur. Fuit autem initium illud varium ac multiplex. Nam Alexandrini primam eam lunationem esse iusserunt, quæ in primum mensem, sive Thoth desineret. Nostri partim à Januario mense; partim à verno lunarem annum inchoarunt. quæ res libro superiote pluribus est enarrata. Nos annum lunarem duplitem agnoscere possumus; alterum civilem; alterum Ecclesiasticum. Ille à civilis anni principio, id est à Januario; hic à Paschali, qui quidem & vernalis est mensis, orditur. Similiter embolimi menses, sive intercalares, varium in Kalendario situm obtinuerunt. Habet enim lunaris annus intercalationes suas, longè quàm in solari, & Juliano majores. Hic enim dies quarto quoque anno desinunt. Illic menses integri præter ordinem intercalantur. Id quemadmodum fiat opere pretium est exponere. Menses lunares civiles alternis xxix, & xxx. diebus evoluti lunare Luna conficiunt annum, dierum cccxv. Ii per novemdecim multiplicati, dies colligunt 6926. His accedunt bisextiles dies ut minimum quatuor; interdum verò quinque. Nam Juliani anni xix, quadriennia quatuor, & tres

& tres insuper annos continent. Quare lunares anni xix. citra embolimos diebus constant 6730, si Enneadecæteris bisextiles annos Julianos tantummodò quatuor comprehendat. aut uno amplius; si quinque bisextiles habeat. Enneadecæteris Juliana solaris dies numerat 6939, horas 18. Defunt igitur lunari cyclo ad Julianum exhauriendum dies saltem cccx. Ex iis menses sunt septem; quorum primi sex tricennarii, pleni que sunt; unus cavus, dierum xxix. Anni lunares simplices xix. menses habent cccxxviii. quibus adjuncti septem, cccxxx. componunt; quot in tota Enneadecæteride censentur. Hinc menses alii ordinarii; alii extraordinarii, sive embolimi. Item annorum alii simplices; alii embolimi dicuntur. Simples anni diebus constant cccxv, embolimi diebus cccxxviii. cum plenus mensis intercalatur; ut in primis sex embolimos ulvenit; aut cccxxxviii; ut in ultima intercalatione, quæ mensem eorum ordinarium adsciscit. Embolimi menses oliii ex Alexandrinorum, & fortasse Dionysii ipsius instituto, proximè ante Paschalem mensem collocari solebant. postea per varios anni Juliani menses ceteri dissipati sunt. Soli duo pristina in statione perseverarunt, cyclo viii, & xix. Ea res pertriciofa magis, quam instituendo præsertim tironi necessaria, superiore libro declarata est. Nunc ut scias qui in cyclo decemnovennali embolimi esse debeant anni, qui simplices, paucis hac accipe. Lunaris annus civilis simplex Juliano simplicis minor est diebus xi. Ii per annos collecti cum ad triginta dies excreverint, solidus mensis intercalatur. Primus annus superfluous dies relinquit xi. addit secundus alios totidem, itidemque tertius. Constat ex iis dies xxxiii. ex quibus excerpti xxx, mensem embolimum anno tertio constituant. reliquum est triduum: ex quo, & ex trium intercalationum annorum superfluis diebus, constatur dies xxxvi. unde mensis integer in annum sextum redundat. Restant dies vi. quibus accedunt trium annorum residui dies: suntque xxxix. Itaque nonus annus *phæd* embolimus est. Porro reliqui dies ix. ad solidum mensem explendum duorum tantum annorum superfluous dies requirunt: ut anno undecimo, interjecto mense, unus dies superfit. Tum anno xiv. alius mensis intercalatur; reliqui que sunt dies iv. nec non anno xvii. rursus intercalatur; quando & dies relinquantur vii, qui cum superfluis diebus anni xviii, & xix, mensem unum dierum xxx. efficiunt. Colliguntur hac ratione anni intercalares in cyclo decemnovennali septem, iii, vi, ix, xi, xiv, xvii, xix. Ex quibus nonus annus *phæd*, uti diximus, intercalaris esse debet. Verum Computista veteres anno octavo embolimum præcipitarent, quando epactæ non nisi xviii. consistunt. Versuram itaque faciabant, & ab annis insequentibus biduum fenebantur: uti libro vi. docuimus. Dies illi superflui epactæ vulgò nominantur, quasi additicii dies, quod ad æratem Luna pronuntiandam quotannis adjici debeant, in anno Juliano. Ut si hoc anno cyclus fit Luna ii, adeoque Luna i. Calend. Jan. in vetere forma; sequente anno cyclus erit iv, Luna xii. in Cal. Jan. Unde xi. epactæ ad Januarii Calendas adjiciuntur, uti Luna ætas habeatur. Æratem porrò Luna dicimus numerum dierum à die Neomeniæ Ecclesiasticæ, qui numerus aureus currens adscriptus est. Hujus exquirendæ methodus per epactas, & regulares in vetere Calendario traditus est superiore libro. quam nos hoc loco non posuimus, quòd ea jam obsolevit.

CAPUT VI.

De methodo utriusque cycli solaris, & lunaris, ac Paschalis, & ceterorum festorum in vetere Calendario.

CYCLI utriusque descriptio, quam hætenus exposuimus, in eum finem à Christianis est comparata, ut ad Pascha ritè, & ex majorum præscripto celebrandum viam sterneret. Hoc enim Christianorum om-

nium solemniū caput, ac *æuodidæ* quædam festorum, ut è Græcis Patribus nescio quis dixit, semper est habitum. Quamobrem magnum in ea re studium à primis Ecclesiæ temporibus Christiani Antifites collocarunt, & innumeris Syhodorum decretis id assequi conati sunt, uti per universam Ecclesiam cultus ille certis & communibus legibus adstringeretur, quas ex Luna ac Solis observatione considerunt. Triplex igitur ad hoc solemne à Patribus est edita sanctio. Prima uti Pascha post æquinoctium peragatur mense primæ, qui & novorum dicitur. Altera, uti Dominica Tertiam ut non decima quarta Luna, sed proxima post eam Dominica celebretur. Horum trium priora duo, Solis ad cursum: tertium ad lunam pertinet. Æquinoctium porrò non acuratatum, heque Astrologorum calculi climatum, sed populare, & ad illius tamen, quoad ejus fieri potest, rationes directum, Patres adhibuerunt. Quod cum Nicæno sæculo Martii fetè vicissimò primo die committi crederetur; hic ipse dies perpetua deinceps lege Ecclesiastico & civili æquinoctio præfixus est. Quocirca mensis primus, & Paschalis ita definitur; cujus decima quarta dies in æquinoctii sedem, hoc est in xxi. Martii, vel proximè post eum incidit. Unde Neomenia citima Paschalis in viii. Martii convenit: remotissima verò in v. Aprilis. Quæ igitur Neomenia, sive Luna prima, ab viii. Martii ad v. Aprilis incurrit, ea sine dubio Paschalis est. Ex quo sequitur citimum terminum Paschalem (ita decimam-quartam vocant) accidere Martii xxi: remotissimum, Aprilis xviii: Dominicam verò Paschalem citimam, Martii xxi: remotissimam, Aprilis xxv. Quos terminos in vetere Calendario fixos, atque immobiles ad Gregorii xlii. tempora, antumque Christi mdxxxii, observavit Ecclesiæ. Cùm enim lunarem Enneadecæteridem cum novemdecim annis Julianis paria omninò facere persuasissent sibi; quod erat consequens arbitrati sunt, æquinoctium vernali ad eundem adherescere diem. Quare Paschales terminos immobiles & constantes iidem in sedibus retinuerunt. Quibus constitutis, Dominicam ipsam Paschalis investigare quotannis erat facile. Etenim proposito quolibet anno, cujus Pascha quaratur, anni Christi, uno addito, per xix. dividuntur. reliquum est annus cycli decemnovennalis, qui est in cursu. Hujus numerus aureus in Calendario queritur. Qui dies numerum illum habet adscriptum, ab viii. Martii usque ad Aprilis v; eo die Paschalis est Neomenia, qui quidem Terminus suus in tabella respondet. Postea Solis cyclus ex methodo supra posita est eruendus, unâ cum litterâ propriâ. Ea quem in diem post Terminum ipsum convenit, illo ipso Pascha esse demonstrat.

Quamvis autem Neomeniarum ac terminorum Paschalium varietas in anno Juliano novemdecim annis explicetur; sic ut quavis Enneadecæteride vertente, eodem ordine decurrant; Dominicarum tamen Paschalium series tenorem suum annis quingentis ac triginta duobus absolvit qui est magnus Cyclus Victorianus ex duobus cyclis in sese ductis, solari videlicet lunari-que confluentibus. Quare post annos dxxxii, Paschales Dominicæ eodem semper ordine recurrerant in Calend. ac methodo veteri, ut in cyclis Dionysii ac Bedæ licet cernere. Cyclus iste magnus ab anno proximè æram Christianam antecedente sumebat initium, cui Luna cyclus i, Solis ix. congruebat. Ac tamen vetus illa Paschalis methodus post Gregorianam reformationem in usu esse desit, nihilominus ejus notitia Chronologo necessaria est; quandoquidem in Annalibus, & historiis, Paschatum & aliorum festorum; vel ceterorum ejusmodi characterum, qui ex eadem prisca methodo pendunt, mentio frequens occurrit. Ut igitur tironum laborem hac ex parte sublevemus, opere pretium videtur cycli Dionysiani Tabulam proponere, in cujus fronte numerum aureum cum Terminis Paschalibus, & litteris dierum, quibus Termini congruunt; ad sinistram autem cyclum Solis cum litteris Dominicalibus describemus.

Triplex factio de observatione Paschalis.

Ratio inquirendi Paschalis.

TABULA CYCLI MAGNI DIONYSIANI AD METHODUM Paschatis inquirendi.

Termini Paschal.	v	xxv	xxii	ii	xxii	x	xxx	xxviii	vii	xxvii	xv	iv	xxiv	xxi	Kal.	xxi	ix	xxix	xxvii
Lit. ter.	D	G	E	A	D	B	E	C	F	B	G	C	F	D	G	C	A	D	B
Nu. aur.	1	11	111	iv	v	vi	vii	viii	ix	x	xi	xii	xiii	xiv	xv	xvi	xvii	xviii	xix
G F	1 Ap.7	M.31	A.14	Ap.7	M.24	A.14	Ap.7	A.21	A.14	M.31	A.21	Ap.7	M.31	A.14	A.7	M.24	A.14	M.31	A.21
E	2 Ap.6	M.30	A.20	Ap.6	M.23	A.13	Ap.6	A.20	A.13	M.30	A.20	Ap.6	M.30	A.13	A.6	M.23	A.13	M.30	A.20
D	3 A.12	M.29	A.19	Ap.5	M.29	A.12	Ap.5	A.19	A.12	M.29	A.19	Ap.5	M.29	A.19	A.5	M.22	A.12	Ap.5	A.19
C	4 A.11	M.28	A.18	Ap.4	M.28	A.11	Ap.4	A.25	A.11	M.28	A.18	A.11	M.28	A.18	A.4	M.28	A.11	Ap.4	A.18
B A	5 Ap.9	M.26	A.16	Ap.9	M.26	A.16	Ap.2	A.23	Ap.9	Ap.2	A.16	Ap.9	M.26	A.16	A.2	M.26	A.16	Ap.2	A.23
G	6 Ap.8	Ap.1	A.15	Ap.8	M.25	A.15	Ap.1	A.22	A.15	Ap.1	A.22	Ap.8	M.25	A.15	A.8	M.25	A.15	Ap.1	A.22
F	7 Ap.7	M.31	A.14	Ap.7	M.24	A.14	M.31	A.21	A.14	M.31	A.21	Ap.7	M.31	A.14	A.7	M.24	A.14	M.31	A.21
E	8 Ap.6	M.30	A.20	Ap.6	M.23	A.13	Ap.6	A.20	A.13	M.30	A.20	Ap.6	M.30	A.13	A.6	M.23	A.13	M.30	A.20
D C	9 A.11	M.28	A.18	Ap.4	M.28	A.11	Ap.4	A.25	A.11	M.28	A.18	A.11	M.28	A.18	A.4	M.28	A.11	Ap.4	A.18
B	10 A.10	M.27	A.17	Ap.3	M.27	A.17	Ap.3	A.24	A.10	Ap.3	A.17	A.10	M.27	A.17	A.3	M.27	A.10	Ap.3	A.24
A	11 Ap.9	M.26	A.16	Ap.9	M.26	A.16	Ap.2	A.23	Ap.9	Ap.2	A.16	Ap.9	M.26	A.16	A.2	M.26	A.16	Ap.2	A.23
G	12 Ap.8	Ap.1	A.15	Ap.8	M.25	A.15	Ap.1	A.22	Ap.8	Ap.1	A.22	Ap.8	M.25	A.15	A.8	M.25	A.15	Ap.1	A.22
F E	13 Ap.7	M.30	A.20	Ap.6	M.23	A.13	Ap.6	A.20	A.13	M.30	A.20	Ap.6	M.30	A.13	A.6	M.23	A.13	M.30	A.20
D	14 A.12	M.29	A.19	Ap.5	M.29	A.12	Ap.5	A.19	A.12	M.29	A.19	Ap.5	M.29	A.19	A.5	M.22	A.12	Ap.5	A.19
C	15 A.11	M.28	A.18	Ap.4	M.28	A.11	Ap.4	A.25	A.11	M.28	A.18	A.11	M.28	A.18	A.4	M.28	A.11	Ap.4	A.18
B	16 A.10	M.27	A.17	Ap.3	M.27	A.17	Ap.3	A.24	A.10	Ap.3	A.17	A.10	M.27	A.17	A.3	M.27	A.10	Ap.3	A.24
A G	17 Ap.8	Ap.1	A.15	Ap.8	M.25	A.15	Ap.1	A.22	Ap.8	Ap.1	A.22	Ap.8	M.25	A.15	A.8	M.25	A.15	Ap.1	A.22
F	18 Ap.7	M.31	A.14	Ap.7	M.24	A.14	M.31	A.21	A.14	M.31	A.21	Ap.7	M.31	A.14	A.7	M.24	A.14	M.31	A.21
E	19 Ap.6	M.30	A.20	Ap.6	M.23	A.13	Ap.6	A.20	A.13	M.30	A.20	Ap.6	M.30	A.13	A.6	M.23	A.13	M.30	A.20
D	20 A.12	M.29	A.19	Ap.5	M.29	A.12	Ap.5	A.19	A.12	M.29	A.19	Ap.5	M.29	A.19	A.5	M.22	A.12	Ap.5	A.19
C B	21 A.10	M.27	A.17	Ap.3	M.27	A.17	Ap.3	A.24	A.10	Ap.3	A.17	A.10	M.27	A.17	A.3	M.27	A.10	Ap.3	A.24
A	22 Ap.9	M.26	A.16	Ap.9	M.26	A.16	Ap.2	A.23	Ap.9	Ap.2	A.16	Ap.9	M.26	A.16	A.2	M.26	A.16	Ap.2	A.23
G	23 Ap.8	Ap.1	A.15	Ap.8	M.25	A.15	Ap.1	A.22	Ap.8	Ap.1	A.22	Ap.8	M.25	A.15	A.8	M.25	A.15	Ap.1	A.22
F	24 Ap.7	M.31	A.14	Ap.7	M.24	A.14	M.31	A.21	A.14	M.31	A.21	Ap.7	M.31	A.14	A.7	M.24	A.14	M.31	A.21
E D	25 A.12	M.29	A.19	Ap.5	M.29	A.12	Ap.5	A.19	A.12	M.29	A.19	Ap.5	M.29	A.19	A.5	M.22	A.12	Ap.5	A.19
C	26 A.11	M.28	A.18	Ap.4	M.28	A.11	Ap.4	A.25	A.11	M.28	A.18	A.11	M.28	A.18	A.4	M.28	A.11	Ap.4	A.18
B	27 A.10	M.27	A.17	Ap.3	M.27	A.17	Ap.3	A.24	A.10	Ap.3	A.17	A.10	M.27	A.17	A.3	M.27	A.10	Ap.3	A.24
A	28 Ap.9	M.26	A.16	Ap.9	M.26	A.16	Ap.1	A.23	Ap.9	Ap.1	A.16	Ap.9	M.26	A.16	A.2	M.26	A.16	Ap.1	A.23

Methodus Tabulae. Dato anno quolibet Christi, numerum eius aureum in fronte Tabulae quaerito. tum ad finitram cyclum eius solarem. In profelide, sive communi angulo, diem Paschae reperies. Ambrosius epistola ad Episcopos Emiliae testatur Pascha anno LXXVI. Diocletiani, qui est Christi cccix, celebratum esse Pharmuthi xxviii, sive ix. Kal. Maii, qui est xxiii. Aprilis. Cyclus erat Luna xix, Solis v. In Tabula ergo communis angulus dabit xxiii. Aprilis. Rursus idem docet anno Christi cccxxxvii, quo xiv. Luna in Dominicam incidit, celebratum esse Pascha, Pharmuthi xxx, sive vii. Kalend. Maii, qui est xxv. Aprilis. Hic annus cyclo Luna viii, Solis iv. praedictus fuit,

littera Dominicali C. Itaque Terminus Paschalis in Dominicam incidit, nempe in xviii. Aprilis. Ergo communis angulus dat Aprilis xxv. Eadem ratio est in aliis omnibus exemplis. cyclorum autem expeditam rationem paulo post explicabimus.

Prater Paschatis Dominicam, aliae insuper solennes Dominicae, ac festi dies occurrunt; qui Pascha vel antecedunt, vel sequuntur, ab eoque dependent. Horum omnium Tabellam dabimus, in qua dies adscripti sunt, quibus singuli dies illi a Paschate discrepant; quique ad diem Paschatis additi, vel de eo subducti; prout Paschate priores, posterioresque sunt; quaesitos dies in Juliano Calendario vetere demonstrant.

	Dies ante Pascha.	Dies post Pascha.
DOMINICA	Septuagesima.	LXII
	Sexagesima.	LVI
	Quinquagesima.	XLIX
	Invocavit, sive i. Quadr.	XLII
	Reminiscere.	XXXV
	Oculi.	XXVIII
	Letae.	XXI
	Judica.	XIV
	Palmarum.	VII
		PASCHA.
	Quasimodo.	XIV
	Misericordia.	XXI
	Jubilare.	XXVIII
	Cantare.	XXXV
	Vocem jucunditatis.	XLII
	Exaudi.	XLIX
	Pentecoste.	LVI
	Trinitatis.	

Horum solemnium dierum si quispiam in Historiis expressus fuerit, ita ut certo mensis Juliani die reddatur, per hujus vestigia ad annum, ejusque notas pervenies; quod exemplis aliquot illustrabitur. Constantinus Magnus obiit xxii. Maii mensis, auctore Socrate in calce libri primi; ipso die Pentecostes, ut in ejus vita scribit Eusebius. Libet investigare quoto anno istud acciderit. Dies Maii vicesimus secundus a Kalendis Januarii est centesimus quadagesimus secundus. Deducitis ergo xlix. diebus de cxlii, restant xciii. Igitur Pascha tertio Aprilis contigit, littera Dominicali B. Illud certum est, Constantinum ante cccxl. annum Christi mortuum esse, & post cccxxx. Cum igitur nullus alius annus per id tempus Pascha in tertio Aprilis habeat, neque Dominicali littera B. praeditus sit, nisi annus cccxxxvii, concluditur anno isto Constantinum obiisse, cyclo Luna xv, Solis x. In Tabula cycli Dionysiani profelide dat Aprilis iii. Aliud exemplum, & quidem perillustre. Anno Justiniani xix. labente, Indict. ix, Theophanes, & Cedrenus, & eos secuti ferè omnes Chronologi, Paschalis solemnium *ἡμέρας* ab Imperatore commissam referunt, quem & ideo reprehendunt. Scribit Theophanes *ἡμέρας* *ἡμέρας* *ἡμέρας*: quomodo Dominicum Sexagesimam nominamus; & a qua Graeci Quadragesimam auspicantur, ut ad Nicephori Breviarium ostendimus; incidisse in iv. diem Februarii: sed Justinianum distulisse in xi. Ita Pascha una hebdomada tardius indixit, quam populus celebrandum putaverat, qui Jejunii caput anteverterat. Unde cum Imperator altera hebdomada carnes in macello venum proponi jussisset, ab iis religiosissimus populus abstinuit, & una hebdomada Quadragesimalem *ἡμέρας* longiorem fecit. Annus xix. Justiniani inter annum Christi dxi, & dl. incurrit. Plerique verò annum illum statunt dxxv. Dominica Sexagesimae quinquaginta sex diebus Pascha praecedit. Additis igitur lvi. diebus ad xi. Februarii, qui est xlii. a Kalendis Januariis, habes xcvi. sive viii. Aprilis, in quem incidit Pascha. Cyclus erat Luna xv, Solis xxiii, littera G. In communi angulo Tabula Paschalem Dominicam exhibet Apr. viii. Proinde fuit hic annus Christi dxxvi, non dxxv. Hic usus est Tabulae.

CAPUT VII.

De Periodo Dionysiana, & Juliana, deque Chronologicis characteribus, & eorum usu, atque fructu.

INTER Chronologicis subsidia primum locum obtinent quos characteres, vel characterissimos annorum appellant. Est autem character certa quaedam nota, qua annus aliquis ab aliis fecernitur. Idem porro characterum auctores, qui & annorum parentes sunt, Sol & Luna: quorum circuitus notas illas & indicia pariter annorum. Ejusmodi sunt cycli ambo, Solis, ac Luna, quos haecenus enarravimus. tum Indictionum cyclus quindenarius numero comprehensus, de quo postea libro x. dicitur, capite de Indictione. Initium hujus ab anno Christi cccxii, Septembri: vel a Kalendis Jan. anni cccxiii. Romano more unde in superiores annos referus Indictionem quartam a Septembri confert in annum illum, qui proxime Christi antecessit annos, vel a Januarii tertiam. Ad haec Sabbatici sunt anni, Judaeorum proprii, quorum ab autumno, sive Tisri mense incipit. Etenim Exod. xxiii, & Levit. xxv. Dominus praecerat, ut quemadmodum septimus quisque dies ab orbis initio religioso cultu, & operæ cessatione consecratus est; sic post ingressum Palaestinae, septimus quisque feriatu esset annus, & ab agricolatione prorsus immunitus. De quo annorum genere agitur libro ix. cap. xxv. Aliud genus est, aequinoctium Solis, aut solstitium, quo & aliorum Planetarum atque altorum observationes referuntur. Item Luna, Solisque syzygia; hoc est novilunium, sive plenilunium, quorum epilogismi ex astronomis Tabulis eruuntur. Tum utriusvis fieri defectio, cujus itidem momentum e Tabulis colligitur. Item feria, nec non Pascha, & id genus alia festa. Denique quicquid illud est, quod propria, & peculiari nota annum afficit, cujus beneficio a ceteris annis distinguitur, character dicitur. Est ea verò res Chronologia studiosis necessaria penitus, ac praeter ceteris

omnibus adhibenda: cujus ope atque ductu, velut Ariadnei fili, ex innumeris sese quaestionum ambagibus expediet; ac vel errorem, vel, quod errore turpius est, doctrinae suae conflictum, contrarietatemque vitabit. Quibus incommodis duobus carete illius Chronologia non potest, qui hac velut hospitali tessera delituitus, per longinqua tempora peregrinari in animum induxerit. Qua de re dictum est alio in loco copiosius. Cum igitur methodus omnis nostra, characterissimis annorum, velut fundamentis innixa sit, & eorum usus in hoc opere frequentissimus occurrat, faciendum putavi, ut quam brevissimam, ac facillimam rationem traderem, qua praecipui characteres ab hujus disciplinae tironibus investigari, usurparique possent. Quamobrem a primario, & obvio characterissimorum genere, qui in triplici cyclo positus est, Solis, Luna, & Indictionum, ordiendum videtur.

Ex duobus Solis, Lunaeque cyclis in sese ductis Periodus exiit annorum dxxxii, cujus auctor primus fuit Victorius Latinae factionis signifer, de qua libro secundo cap. lxxi. dictum est. Hujus ea conditio est, uti duo quilibet cycli in eundem annum concurrentes, alteri in tota Periodo convenire nequeant. Atque ut in cyclo, verbi gratia, lunari, aureus numerus i. primo anno congruens, nonnisi post annos xix. absolutos, ineunte vicesimo, revertitur: in cyclo vero solari, post xxviii. finitos. Sic in magna illa Periodo, postquam annus aliquis occurrerit, cyclo primo perinde Luna, ac Solis affectus, nullus alius similibus cyclis notatus incidet, nisi post annos dxxxii. Exempli gratia, primus annus Christi cyclum habuit Luna ii, Solis x. Nullus ejusmodi cyclis affectus annus deinceps occurrerit in annis reliquis dxxxii. Sed quingentesimo tricesimo tertio Christi ineunte, cycli similes redibunt. At quisquis ille est, qui Victorii Periodum recoxit, ejus initium duxit, non a cyclo Luna, Solisque primo; sed a cyclo Solis nono, Luna primo; nimirum ab anno illo, qui Christianam aram proximè praecessit: cum tamen Periodi hoc natura postulare videretur, ut primus amborum cyclorum annus primo anno congrueret. cujus quidem in Periodi naturalis annum quadragesimum quingentesimum septimum, Periodi Dionysiana primus annus incurrit. Si enim 457. per 19, & 28. dividas, reliqui erunt i, & 9; a quibus cyclis Dionysius exorsus est. Jam verò satis hoc, opinor, intellegum est, cyclis istos non ab eo solum tempore, quo in usu primum esse coeperunt; utputa a Nicano circiter saeculo, ad sequentes annos posse propagari: sed *ἡμέρας* ad interiora etiam saecula, atque ad initium usque conditi orbis extendi. Quae res efficit, ut anni singuli suis illis notis & characteribus a ceteris distingui, & agnosci queant. Ut enim anni Juliani forma, quae anno ante Dionysianam aram quinto & quadragesimo prodiit in lucem, ad orbis ipsius initium accommodari solet a Chronologis, qui non alio genere anni, aut mensium, quam Juliano, singula notant, ac memoriae commendant: veluti cum orbem conditum referant Martio, vel Aprilis mense, vel Octobri; primam Olympiadem Julio mense celebratam; & id genus alia, quamvis ea temporum descriptio nondum existisset. Ita cycli Solis, & Luna, vel Indictionum, & si qua ejus generis alia sunt anni Juliani propria, sic quasi superioribus fuerint usitata saeculis, a Chronologis assumuntur. quae sunt veluti temporum, & historiarum vehicula. Quocirca uti Juliani anni characteres singulis annis attribuerentur, nec ullus a rerum initio propria, & *ἡμέρας* nota delituitus esset, invenienda Periodus aliqua fuit ex iis constata characteribus, quae annos omnes ab orbis condito ambitu suo contineret. Nam Dionysiana illa nimirum brevis est, & ut ad orbis conditum pertingeret, replicanda saepius esset. Est igitur alia quaedam excogitata Periodus, in quam intervalla omnia, quae a mundi primordio ad Christum variis ex Chronologorum sententiis evoluta sunt, includerentur. Ea constat e cyclis tribus, Solis, Luna, & Indictionum in sese ductis, vel est ipsa Periodus Dionysiana per xv. multiplicata; cujus summa est annorum 7980. Quod igitur de Periodo Victoriana, vel Dionysiana annorum dxxxii. paulò ante diximus, nullos annos duos in tota Periodo istem duobus cyclis affici: hoc ipsum de tribus cyclis in majore illa Periodo dicendum est: ut si quis annus, verbi causa, cyclis primis Solis, Luna, & Indictionis notatus occurrat, nullus alius sit cum istem

cyclis nisi post annos 7980. rediturus, neque verò ante ipsum ullus existerit. Exemplum: Annus ille, quo ista scribimus, Christi MDCXXIV, cyclos habet Solis IX, Lunæ X, Indictionis VII. Cycli isti nunquam antea convenire poterunt, nisi ante annos 7980; neque amplius convenire, nisi post annos totidem. Ex quo Periodi illius commoditas apparet, quæ annorum notas ita distinctas habet, ut misceri invicem, ac similitudine ipsa confundi minimè permittat. Primus annus Periodi à primis tribus cyclis incipit; secundus itidem secundus; tertius tertius continet: atque ita deinceps; donec omnibus inter se compositis, expletisque *7980* varietatibus; anno ultimo, cycli Solis vicefimus octavus, Lunæ decimus nonus, Indictionum decimus quintus invicem concurrant. Propositis ergo quibilibet tribus cyclis, certus in tota Periodo reperendus est annus, in quem isti competant, nec uno plures esse possunt. Verbi gratiâ, annus primus Christi cyclum habuit Solis X, Lunæ II, Indictionis IV. Non potest in tota illa Periodo alius annus inveniri, in quem tres illi cycli cadant, quàm 4714: qui numerus per 28, 19, & 15, partitus, residuos facit 10, 24, qui totidem cyclorum anni sunt. Hanc Periodum à Constantinopolitanis acceptam Josephus Scaliger ad Julianam & Romanam usum primus transtulit, ac Periodum Julianam appellavit. Etenim Græci, uti libro nono dictum est, cum varios ab orbe condito annorum computos instituant, majoresque quàm Latini, ac Romani Chronologi: (qui quidem Hebræicos, & Latinos epilogifimos sequuntur; Græci autem Septuaginta Seniorum rationes haud paullò copiosiores) annos ab initio rerum ad Christi natalem quinquies mille & quingentos circiter numerant. Quam quidem annorum summam per 28, 19, & 15, partientes, cyclos illos tres currentes eliciunt, quos longè aliter, quàm Romani computant. Præterea caput annis illis est à Septembri. Sed neque Periodum ullam istiusmodi tam instituisse, quàm ad systema suum annorum ab orbe condito cyclos illos accommodasse videntur. Scaliger Periodum istam, cujus initium & usum à Græcis accepit, ad Romanum annum, & Paschalem Latinorum computum applicavit. Nam & annos illius à Kalendis Januarii exorsus est; & annum primum æræ vulgaris in eos cyclos conjecit, quibus à Romanis notari vulgò illa consuevit. Ideò Julianæ Periodus ista dicta; quoniam Juliani anni gratiâ, & ad ejus methodum est constituta. Nunc singularem illius usum, & opportunitatem aperiemus.

CAPUT VIII.

Declaratur Julianæ Periodi fructus, & ad doctrinam temporum usus insignis.

SI annorum, qui ab orbe condito ad nostra usque tempora fluxerunt, certus, & consensu omnium receptus iniri numerus posset, non aliud annorum systema, Periodusve altera à Chronologis esset adhibenda: sed annorum hæc ipsa summa sufficeret, cujus ad epocham cyclorum omnium origo referenda videretur. Verum cum eorum, qui ex Hebræicis, & Latinis Bibliorum codicibus intervalla subducunt: (quod Chronologi ferme omnes hac ætate faciunt. Vix enim unus, alterve reperitur, qui ad Septuaginta seniorum calculos adherescat.) mirum sit in annorum definiendo numero dissidium, ut quot hodie Chronologia prodeunt: (Numquam autem plures in lucem exeunt: totidem sint opiniones, annorumque summa: naturale illud rerum omnium, temporumque principium teneri non potest. Hujus itaque loco Periodus Juliana succurrit; cujus ab exordio, ad annum eum, cui Natalis communis, vel æræ Dionysianæ caput attribuitur, multo plures anni sunt, quàm ab initio mundi ad Natalem Domini, Romanus quicum putator temporum, id est, Hebræica, vel Latina scætorum editio statuerit; Juliana, inquam, ista Periodus ante intervalla temporum omnia *7980*, ac *7980* incipit; quæ à mundi natalibus ad Christum Romanis in Annalibus, & Chronicis hæcenus præfinita fuerunt. Ex quo prima illa, longèque maxima commoditas accidit, ut in eam Periodum Chronologia omnes includi possint. Etenim Romana, & Occidentalis Ecclesiæ fixam & immutabilem Christi annorum epo-

cham retinet, in quam omnes consentiunt. Nemo est enim qui non hunc ipsum, quo hæc scribimus, annum numeret Christi MDCXXIV. Et quamvis de vero anno Natali Christi digladiantur inter se Chronologi, & uno anno, vel biennio, vel pluribus etiam annis vulgarem æram antevertant; in æra tamen ipsa, sive annis Christi computandis, nec ab altero discrepat. Similiter & in cyclis illis tribus ad eisdem annos accommodandis par est Occidentalium fere omnium concordia. Nam hoc ipso Christi anno cyclus Solis IX, Lunæ X, Indictionis VII. notatur. Ex quo sequitur, primum annum Christi incidisse in cyclum Solis X, Lunæ II, Indictionis IV, & qui ipsum proximè præcessit, cuique Natalis vulgò tribuitur, cyclos habuisse Solis IX, Lunæ I, Indictionis III, à Kalendis Januariis Romanæ consuetudine. Quamobrem primus iste Christi natalis annus cardo est temporum, sive quoddam historiæ, Chronologiaque centrum, à quo velut lineæ quadam, sic annorum variaz summe in infinita spatia tam præterita, quàm futura propagantur, & ab eis rursus ad idem centrum redeunt, in eoque conjunguntur. Quotcumque igitur annos ab orbis initio Chronologus quisque numerandos censet, ejus epochæ characteres, id est cycli, ex annis Christi facile deprehenduntur ea methodo, quam capite III & IV, in Solis ac Lunæ cyclis exposuimus. Cum enim Dionysianam in æram summam omnes definant; cujus cycli *7980* certum sunt; ab eis anteriores etiam anni characteres suos accipiunt. Ex quo fit, ut in Julianæ Periodo situm suum epocha omnes inveniant; cum nullum cyclorum inter se comparatio dari possit, cui non proprius in ea Periodo annus assignetur. Hujus investigandi ratio est ejusmodi. Proposita qualibet annorum summa ab orbis conditu ad nostra usque tempora, memineris quem in annum Periodi Julianæ primus annus Christi competat. Is est 4714. Vide quoto anno mundi primum æræ Dionysianæ, sive Christi annum, quicumque est ille Chronologus attribuat. Tum de 4714, propositam ab illo summam aufer, residuum unitate auctum dabit annum Julianæ Periodi, in quem primus mundi annus ex illius opinione convenit. Exempli causâ, Natalis Christi vulgaris ex Chronologia nostra, cadit in finem anni ab orbe condito 3983. De 4713, deductis annis illis, restant 730. Igitur anno Periodi Julianæ 731, à Kalendis Januarii primus mundi annus inchoatur. Scaliger epocham mundi contulit in autumnum anni Periodi Julianæ 764, vel Kalend. Jan. anni 765; quem & Calvisius sequitur. Alii aliud exordium posterunt. quorum opinio citra Periodi istius *7980* adjectum difficile interdum eruitur. Nam neque ab eodem anni cardine omnes incipiunt; sed nonnulli verno tempore; quidam autumno; pauci æstate ipsa mundum à Deo fabricatum esse contendunt. Ad hæc plerique, maxime recentiores annum Christi natalem diversum ab eo statuunt, qui in vulgari computo sumitur. unde Christi annos uno vel pluribus etiam annis anteverunt. Qui igitur ista minus distinguunt; præsertim si ne cyclos quidem ipsos apponant; horum est obscura per sese, neque satis explicata sententia. Ea verò Periodi Julianæ beneficio miro quodam compendio suis è latebris evolvitur. Non minùs ad Historiarum veterum lectionem, & ad rerum ab illis expositarum illustranda, distinguendaque tempora Periodus ista conducit. Etenim varia sunt annorum principia: velut Græci ab æstivo Solsitio annos suos inchoabant: idque Olympiadum erat initium. Romani conditæ Urbis epocham verum in tempus conferbant. Syromacedones ab Autumno: Ægyptii, & Arabes nullo ab certo, fixoque primordio annos suos ordiebantur. Ad hæc regum, & imperatorum initia in diversas annorum partes incidunt. Quæ omnia maximam historiæ, chronologiaque studioso perturbationem, & plerumque non mediocri erroris occasionem adferunt, dum diversissimos annos inter se, & initia principum varia componit. Ex his verò salebris cunctantem Chronologum Julianam Periodum educit. quæ ex annis Julianis ad commendandam rerum memoriam omnium aptissimis; tum è cyclis, hoc est annorum notis & characteribus tota contextitur. Ea Græcorum, Romanorum, Ægyptiorum, ac ceterorum omnium exordia complectens singula ita discernit, ut confundere, hallucinatque non sinat. Urbem ecce Romam Olympiadis

dis septimæ anno primo conditam esse Dionysius Halicarnassensis alicque censent. Incertum est, utrum anno labente Olympiadis istius septimæ, an potius incedente, & paulò ante commissionem agonis Olympici, facta illius esse fundamenta voluerit. Et quamquam ipsa posterior hoc teneat; & cum fastis Capitolinis consentiat; verbis tamen aliud, ac diversum pronuntiat; uti suo loco demonstravimus. Hic si Juliana Periodus adhibeatur, annum illum ex Halicarnassensis doctrina comperiemus esse 3962, cujus in Aprilem Pasilia prima ceciderunt, exeunte Iphiti anno XXIV, sive quarto Olympiadis sextæ. cum tribus fere postea mensibus primus septimæ annus inierit. Divisus per cyclos tres annis 3961, proprii epochæ Urbis characteres statim existunt. Nolo exemplis pluribus rem æquo facere longiorum. Hoc unum verissime profitebor, nihil hæc methodo ad extrahendam Chronologia molestias, incedemque rebus obscurissimis adferendam utilius à me esse comperit; idemque me auctore qui volet experietur. Accedit Periodi fructus alter ex hoc superiore consequens; quod illam velut gnomonem, ac normam adhibentes Annalium omnium, & Chronorum errata certissime deprehendimus; nec non eorum secum, quod est turpis, pugnam, atque conflictum. Cum enim ex ratione paulò ante præscripta annum quemlibet à scriptore conceptum in Periodo nostra collocaveris, & intervallum ab hoc ad epocham Christianam, sive fixam aliquod tempus interjectum exceperis, confestim si quid in numero peccatum sit intelliges. Exempli causâ: Primus agon Olympicus commissus fuit anno ante Christianam epocham MDCXXXVI; cyclo Solis XVII, Lunæ V, Indict. VII. quod & auctoritate certissima, & ex Astronomicis observationibus ostendimus. Est igitur annus iste Periodi Jul. 3938. Conferamus modò Chronologi alicujus sententiam. Toriellus anno mundi 3278, Joathan regis Juda primo, censeat Olympiadem primam esse celebratam. Idem porò Natalem Christi communem conjicit in annum mundi 4051. Detrahis annis 4051. de 4713. Periodi Julianæ, qui est annus Natali Christi præfixus, reliqui erunt 662. Igitur anno 662. Periodi Julianæ cepit annus mundi primus, auctore Toriello, & ad methodum Julianæ Periodi ad annos mundi 662. addendi sunt. Quocirca si ad annum Olympiadis primæ, quem ille statuit mundi 3278, accedat 662, consent anni 3940. Biennio igitur aberravit. Alter, qui natum æstet Dominum anno mundi 4001. exeunte, & primum Christi annum putat ab Orbe condito 4002, primam Olympiadem ponit anno mundi 3218. Adhibeat Lydius ille lapis. Si de 4713. deducatur 4001, reliqui erunt 712, qui ad annos mundi additi Per. Julianæ annos indicabunt. Addantur ergo ad 3218. anni 712. fient 3930. Octo igitur annorum vitio peccat. At in Chronologia nostra ille ipse primæ Olympiadis annus est; mundi 3208. Adde ex methodo nostra 730; consunt Periodi Julianæ 3938. Tertia Periodi Julianæ commoditas est, quod ad memoriam sublevandam, ac præcipuos historiæ cardines similiter retinendos magnopere confert. Si enim paucissimarum epocharum annos in Periodo nostra memoria sepeferis; utputa annum primum Christi scilicet esse 4713, Olympiadis verò, 3938; Cyri primum, 4154; aut etiam Urbis conditæ primum, 3961, ex Varronia-

na putatione: reliquis historiæ epochas, quarum ad aliquem ex illis cardinibus intervalla cognoscere, levi additionis, vel subtractionis labore, suis temporibus assignabis, in quacumque demum Chronologia, quæ quidem sibi consentanea sit. Exenpli causâ; Julii Cæsaris mors contigit anno Varroniano 710: Ad annos itaque 3960, adice 710; fient anni Periodi Julianæ 4670. Hoc anno Cæsar interfectus est. Volo scire quoto id anno contigerit ante Christum. De 4713. tolle 4669, restant XLV. igitur anno ante vulgarem natalem XLV, ad eoque Juliano secundo C. Cæsar occisus est. Credi vix potest, quam expeditum sit hoc negotium, quàmque nihilominus accuratum: ut qui se in Periodi istius usu graviter exercuerit, Chronologiam secum ambulatam, non in chartis ac libris desidentem habeat.

Non minùs Astronomicis calculis, ac syzygiarum, & æquinotiorum, vel solstitiorum tabulis utilis est Periodus Juliana, quàm Chronologicis, historicisque rebus. Nam qui in anno primo mundi, tabularum suarum, ut vulgò nuncupant, radices statuere velit, necesse est prius ut certam aliquam ex innumeris annorum mundi putationibus eligat, ejusque lectorem admoneat. At verò si quis ab initio Julianæ Periodi rationiorum suorum initia ducet, Chronologis omnibus in commune constet. Quod unus hæcenus Nicolaus Mullerus in Frisicis Tabulis præstitit.

Quæ cum ita sint, magnopere Chronologia tyronibus auctor sum, uti Julianam hanc Periodum, ejusque tractationem, & usum sedulo condiscant, certòque sibi persuadeant, sine hoc præsidio difficilem; & erroribus obnoxiam temporum esse doctrinam. E contrario verò tutissimam ac facillimam iniri viam, si quis eam sibi, quam dixi, Periodum præscribat. Itaque nos in toto hoc Opere nostro non aliter, quàm hæc ipsa Periodo intervalla computamus. Cujus quidem ad operis doctrinaque cognitionem, quoniam rudem hoc in libro lectorem instituiamus; ejus Periodi cumprimis usum ac rationem explicari convenit. quod in sequenti capite qua poterimus facilitate præstabitur.

CAPUT IX.

Methodus & praxis Julianæ Periodi.

EX tribus cyclis comparatis invicem, in seque duobus Julianæ Periodus constat. Quare mox ut annum tuum in Julianæ Periodo compereris, annos Periodi per quemcumque voles è cyclis illis divide. si nihil restat, ultimus erit annus cycli, quem postulas. Si quid superest, is erit currens annus cycli. Sed ut tyronibus computandi labor sublevetur, sequentem tabulam condidimus, in qua duplex est ordo. alter annorum collectorum per centenos, ac millenarios, alter per denarios usque ad centum. Methodus Tabellæ facilis est. Proposito quovis anno Periodi Julianæ, sume proximum millenarium, & centenarium, cum cyclis ad eos adscriptis. tum excurrentes annos ex denariis. Summam ex omnibus cyclorum collige. deductisque cyclis integris, quod superest, dabit cyclos currentes.

Tabula

1000	1000	1000	1000
900	900	900	900
800	800	800	800
700	700	700	700
600	600	600	600
500	500	500	500
400	400	400	400
300	300	300	300
200	200	200	200
100	100	100	100
000	000	000	000
99	99	99	99
98	98	98	98
97	97	97	97
96	96	96	96
95	95	95	95
94	94	94	94
93	93	93	93
92	92	92	92
91	91	91	91
90	90	90	90
89	89	89	89
88	88	88	88
87	87	87	87
86	86	86	86
85	85	85	85
84	84	84	84
83	83	83	83
82	82	82	82
81	81	81	81
80	80	80	80
79	79	79	79
78	78	78	78
77	77	77	77
76	76	76	76
75	75	75	75
74	74	74	74
73	73	73	73
72	72	72	72
71	71	71	71
70	70	70	70
69	69	69	69
68	68	68	68
67	67	67	67
66	66	66	66
65	65	65	65
64	64	64	64
63	63	63	63
62	62	62	62
61	61	61	61
60	60	60	60
59	59	59	59
58	58	58	58
57	57	57	57
56	56	56	56
55	55	55	55
54	54	54	54
53	53	53	53
52	52	52	52
51	51	51	51
50	50	50	50
49	49	49	49
48	48	48	48
47	47	47	47
46	46	46	46
45	45	45	45
44	44	44	44
43	43	43	43
42	42	42	42
41	41	41	41
40	40	40	40
39	39	39	39
38	38	38	38
37	37	37	37
36	36	36	36
35	35	35	35
34	34	34	34
33	33	33	33
32	32	32	32
31	31	31	31
30	30	30	30
29	29	29	29
28	28	28	28
27	27	27	27
26	26	26	26
25	25	25	25
24	24	24	24
23	23	23	23
22	22	22	22
21	21	21	21
20	20	20	20
19	19	19	19
18	18	18	18
17	17	17	17
16	16	16	16
15	15	15	15
14	14	14	14
13	13	13	13
12	12	12	12
11	11	11	11
10	10	10	10
9	9	9	9
8	8	8	8
7	7	7	7
6	6	6	6
5	5	5	5
4	4	4	4
3	3	3	3
2	2	2	2
1	1	1	1
0	0	0	0

* Datis Cyclis Solis & Lunæ & Indict. 3. invenire cui anno Periodi Julianæ correspondat:
 I. Cyclum Solis per 57. multiplicâ, summam reserva. II. Cyclum Lunæ datum aucte ex 19. residuum multiplica per 56. & summam adde ad Solis summam conservatam. III. Collectam ex utroque summam divide per 512. Divisione factâ residuum serva & idem per 15. divide. Factâ divisione de residuo detrahe indictionem in questione propositam. Quod reliquum est multiplica per 1064. & ad summam adde quod reservaras residuum ex divisione per 512.

facta. Habes quæsitum. Exemplum detur annus qui Cyclum habet Solis 9, Lunæ 1, Indict. 3. Primum multiplica 9. per 57. dant 513. quæ reserva. II. Cyclum Lunæ auctero 1. ex 19. & residua 18. multiplica per 56. fiant 1008. III. Conjungo 1008. & 513. fiant 1521. Hanc divide per 512. restant 497. quod servo & divide per 15. Restant 7. de quo detrahe Indictionem propositam 3. restant 4. Multiplico 1064. per 4. fiant 4256. Quibus addo 497. quæ reservavi divisione factâ per 512. fiant 4713.